

Deus ter Optimus Maximus, et omnium moderator
aquisimus, et iustissimus, cum uniuersus terrarum orbes
in maximis falerum flammis constitutus arderet, et iam
iam combureretur, aquas ad extinguendum, delendum,
et perdendum tantum flamarum impetum dominari
permisit, imo praecepit, at iam toto pere orbe extincto
et submerso, quod solatium miseris mortalibus, qui tunc
cum noxio superstites fuerant, paulatim iterum in lucem
prodeuntibus afferret, quo animi dolorem, quo etiam
tristitia uinula solueret, sagaciori trutina rem per-
pendit, non deerant uaria, et diuersa, et quidem
optima et sanissima Quina Sapientiae consilia, at
ex omnibus placuit unum, sed quod erat illud consilium?
restitutio perditorum? at frustra Deus omnia ressum
iuiset, si perditis restaurare placuisset, reuocatio
interemptorum ad uitam? at qui mortem merentur,
uitam nequaquam merentur, quod ergo diuinum capit
consilium? aqua, quam probe nouerat omnibus exosam
mortalibus, aqua inquam contrarium Vinum diuinum,
quod uix e terra benignitate productum, et capressu
in tantum uictorem suum alexit, prouocauit, et inuitauit,
ut ab hoc pota et diuino liquore abstinens, ultra se
uiuere posse penitus desperauerit, ideoq. largi quino
se se inurgitans curas leuauerit omnes, tristitiae
nubes fugauerit omnes, dolores deniq. leniuerit omnes.